

colai de Sactu in Diocesi Laudonensi, Epistola 93. Omnes inquit, qui sic volunt vivere in Christo, perfectionem persequantur, ita ut cum eis nunquam desit pie velle, non semper tamen ad se, & perficere pro bona voluntate, sicut enim imperium est piis bonorum propositis assidue relinquere, sic contra pietatem non est, propter multitudinem adversantium, quamvis iusta, & sancta desidia paucorum plerumque non perficit. Sic Aaron sacerdotis tumultuans populi contra voluntatem suam clamoribus cessit. Sic Samuel eidem populo inordinatam Regem petenti invitavit Saul in unum. Sic David, cum vellet construere Templum, propter infestantium tamen bella inimicorum, quia vir bellicosus erat, prohibitus est facere, quod sancto proposuit. Similis forma Tibi, Pater Venerande, consilium, ut tamen sapientiorum consilio non praeducemur, quatenus ad tempus propositi tui, tibi que consensientium rigorem se temperes ut infirmorum salutem non negligas. Invitandi quippe sunt ad arctiorem vitam, non cogendi, quibus vixit semel in Ordine illo Claustrales praesse consensisti. Illis autem, qui arctius vivere desiderant, aut conservare imbecillioribus ex caritate (quantum sine peccato possunt) suadendum est; aut ibidem tenore, quod cupiunt permittendum, si quisque utrumque partium scandalum fieri possit, aut certe de Congregatione liberis dimitti, Fratrumque alii secundum eorum propositum viventes sociari oportet.

Idem confirmat Concilium Rothomagensis anno 1581. Tit. De Monasteriis cap. 11. In his, inquit, exequendis, & reformandis prudentia, & mansuetudo opus est, ne frangamus potius quam corrigamus, qua in pravum longa consuetudine induraverunt.

Eidem et Venerabilis Gerfonii, Ecclesie, & Academiae Parisiensis Cancellarii sententia, Lib. De vita spirituali Anima, Lectio 6. Eius carnis, inquit, & usus pellitiorum, & aliorum huiusmodi, quibus Regularis Institutionis superfluitas adversari videtur, eidem consonas in casu caritatis, & necessitatis. Unde S. Bernardus in libro de Praecepto & dispensatione ait, quod Ubique regulariter vivitur, ubi consuetudines laudabiles pro tempore, & loco observantur. Ex his conclusionem, quod aliquando Monachus abstinens a carnibus, dum scrupulosus observator Regulae videri videtur, erit ejusdem violator, & hoc si tanquam singularis servus turbet alios, & quasi res sua abstinentia peccativa sanctitate condemnet, quos magistra caritas, aut caritatis comes, necessitas, aut consuetudo laudabilis per Superiores tolerata, vel imposita excusat, absolvitque. Sed bene raras valde casus talis. Utinam cretor non esset transgresso per excessum, quam per diminutionem. Propterea non dicimus ea, qua diximus ad laxandum frana luxuria, gula, & inobedientia: non ad dissolvendum rigorem Regularis Disciplinae: non ad habendum velamen malitia libertatem: sed solum a nobis hoc sacrilegium: sed quod interim querimus investigare quousque, & quantum obligatio regularis excipitur, ne vitare cupientes scilicet nimiam laxationis, & precipitem nos, & alios in charitatem falsa, & auctera obligatione: quantum displicet Dei iudicis, & supra promissio, infidelis, si non implerit: Eccl. 5. 3. stultus, si discretione non fallitur.

Cum itaque prudentia, & mansuetudine singulari praeditus sis, VIR RELIGIOSISSIME, non dubito, quin susceptum Monasterii Reformationis opus feliciter exquiras. Vale, meque tuis sanctis Sacrificiis, & Religiose Congregationis orationibus habito commendatum.

Lutetia Parisiorum.

EPISTOLA XLIV.

In Gallis, non vero in Italia, Moniales & Monasteriis suis exire possunt cum Superiorum suorum, & Episcopi licentia, ut alii Monasteriis praesint.

Nullum movere debet scrupulum Sanctimoniali Ordinis N. in Prioratibus alterius Monasterii ejusdem Ordinis electa, & confirmata circa migrationem, postea conditionibus requisitis. Nullum enim dubium est, quin e Monasteriis suis exire possint Moniales secundum mores Ecclesiae Gallicanae, ut alii Monasteriis praesint, cum Superiorum suorum, & Episcopi licentia. Hic casus cum dispositione capitis 8. Sess. 25. Conc. Trid. De Regularibus convenit, quo permittitur, ut si Monialis dotibus requisitis praedita, & legitime aetatis non reperitur in eodem Monasterio, quae in Abbatissam, vel Priorissam eligi valeat, ex alio ejusdem Ordinis eligi possint.

Ceterum alia viget in Italia disciplina. Hanc enim dispositionem immutatam S. Pii V. Constitutione, quae incipit, Decreti, declaravit Gregorius XIII. cujus declaratio illis in regionibus usque recepta est; ita ut sine speciali Summi Pontificis licentia in huiusmodi casu, Moniales e suo Monasterio exire non liceat. Cum enim Ordinis Eremitarum S. Augustini Generalis Archimandrita dubitaret, utrum post Constitutionem S. Pii V. liceret de uno ad aliud Monasterium transferre Monialem, ut illi praesint tamquam Abbatissa: Sacra Congregatio censuit Quaestionem referendam

esse Sanctissimo. Respondit porro Summo Pontifici, Concilio Tridentini decreto supradicto derogatum fuisse Constitutione S. Pii V. ideoque vi illius deti, non licere amplius educere Moniales e suo Monasterio, ut in alio Abbatissa, vel Priorissa, seu Praeposita intantur, nisi petita, & impetrata licentia a Summo Pontifice.

Idem confirmat Decretum Pauli V. a sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium promulgatum die 22. Decembris anni 1617. scilicet Procuratoribus Generalibus Ordinum significatum, quo declaratum est: Non esse Moniales quacumque occasione transferri de Monasterio ad Monasterium, sine specialis Sedis Apostolicae licentia; eties quoties impetranda; etiam ratione Prioratus, vel alius Officii, quibuscumque in contrarium non obstantibus Ita refertur Castellinus in Tractatu De electione, cap. 17. num. 51. & Fagnanus in cap. Recedentes, Ext. De suis Monachorum num. 51. Vale, meque ad sanctum Alti Deo commenda.

Lutetia Parisiorum.

EPISTOLA XLV.

Quae servanda in expulsiōne Monachorum contumacium, a Sacrorum Ordinum functionibus perpetuo suspensio.

RELIGIOSISSIMO ARCHIMANDRITAE

DE Monachis contumacibus, & qui mendari nolunt, ab Ordine expellendis, quod consili tibi capiendum sit, dūtes, & mecum queris. Tibi mem gero.

Monachos contumaces, & qui emendari nolunt, ab Ordine expelli posse censeo, re absolute scita. Sic a Sanctis Augustino, & Benedicto statutum est in Regularis quae probavit Ecclesia. Sic sententiis S. Bonaventurae in Regularis S. Francisci qu. 14. & S. Thomae Quoddesto, q. 14. articulo. Quod autem expressio remedium iuri consonum, colligitur ex cap. Ne Religiosi, Ext. De regularibus. Idque necessarium videtur ne Monachos sceleratos, & contumacem contagione pestifera plerumque perdat. Sit ad corporis naturalis valetudinem natura, & naturae diuturni Medicinae humores noxios expellant: & Magistralis quosdam quodam homines ad Republicae purgationem in eam amandis: & Ecclesiae facinorosos Clericos exactione, seu degradatione ejicit et Clero, ne Ordinis Ecclesiastici privilegium amplius abutantur, & gravius nocent: a congruum est, ut Monasterii Ordo sui consulas flagitiorum, & contumacium Monachorum expulsiōne, postquam illi remedia ad officium emendationem frustra tentata sunt, oneque caritatis officium inutiliter adhibuit est, scilicet mixtum admonitio, blanditiae, terrores, mixta, flagella, caer, jejunia, proregio temporis ad emendationis experientiam, aliaque remedia.

Decrevit autem sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum die 11. Septembris anni millesimi sexcentiesimo vigesimo primo, ut profligati ex Ordine Religiosis nemo legitime possit ejici possit, nisi fit vere incorrigibilis. Talis autem minime censetur, nisi non solum concurrant ea omnia, quae ad hoc ex juris dispositione requiruntur, fatis haec in parte Statuti, & Constitutionibus, cuius Religiosis, & Ordinis, etiam a Sede Apostolica approbati, & confirmati verum etiam unius anni spatione jejunio, & poenitentia probetur in carceribus. Elap autem anno, si nihilominus non respuerit, sed anno indurato in sua pervicacia perseveraverit, nec contagio pestifera plerumque perdat, tamquam pecus moribis sac membrum patre ejici tandem possit, sed ab ipsam Generali tantum, de consilio, & assensu sex Patrum e graviore Religiosis eligendis in singulari Capitali vel Congregationibus generalibus: tumque non nisi iurata secundum eorum statum, & Constitutiones Proca, & plane probatis causis expulsiōne ad sacrorum Canonum praescriptum. Sic vero ejecti, quamvis non edierint ad Religionem, in habitu Clericali incedant quae Ordinarii loci jurisdictionis, & obedientiae subit: proindeque Generalis illius expulsiōne sententiam dem Ordinarii notificare veniatur. Ceterum sacra Congregatio Religiosorum Superiores sermo admonet, ac per Jesu Christi videri obtestatur, ut memores paternae caritatis, ac mansuetudinis, quam proficiunt, nihil intentum relinquunt, ut lucrentur animis fratrum suorum feram profundum malorum delapsa, antequam gravissimum, atque extremum expulsiōne remedium experiantur: tunc eo magis, quod subditorum suorum sanguinem, qui e malo negligentium, & sui officii immemororum Patorum regimine peribunt, Dominus noxer Jesu Christus in supremo Dei iudicio de eorumdem Praetorum manibus sic requisiturus.

Statuit praeterea eadem sacra Congregatio, Ut ejusdem extra Religionem degentes sine perpetuo spatio ab exercitio Ordinum, sublata Ordinarii licentia, vel alia sua suspensionem relaxandi, aut moderandi. In contumaciam igitur, & eorum, a emendari nolant, Monachorum

Aliis 21. que autem 45. erat nunc 41.

Aliis 21. que autem 45. erat, nunc 41.

Monachorum expulsiōne, Provinciales, & Capitula Provincialia nihil aliud possunt, quam allegare causas, quae merentur expulsiōnem, & Inquisitionem, seu Processum instrumenta, five informationes (ut loquitur) ad summum Ordinis Moderatorem mittere, qui secundum formam a Sacra Congregatione praescriptam expulsiōne sententiam ferat. Haec tamen de Monachorum expulsiōne Professorem ejectione ab Ordine disciplina, in Gallis recepta non est, nec eam Curiae supraeque intantur. Vale, mei ad sanctum Altare memor.

Lutetia Parisiorum.

EPISTOLA XLVI.

Episcopus Collegiatam Ecclesiam supprimere potest, ut in Seminario erigat, cui ejusdem Ecclesiae Beneficia uniat in perpetuum.

CLARISSIMO VIRO

DE Seminarii erectione, fundatione, dotatione pie, & ex officio cogit Illustrissimus, ac Religiosissimus Episcopus. Remque liberam argendam censeo. Nonnullas autem Quaestiones hac occasione natus rogat ut expendam, primo de illis mentem meam aperiam.

Quis primo, utrum Episcopus supprimere possit Capitulum Ecclesiae N. ut in ea Seminarium suum erigat, & instituat: cum ea in Ecclesia canonico Officio, & Missa diebus singulis regulariter cantentur a Canonico, sicut in Ecclesia Cathedrali, ab annis mille circiter: plurimaeque Anniversaria, Officia, statutaque preces celebrantur, ac recitari fundationum tabulis praescriptum sit.

Quis secundo, Utrum Canonici dicte Ecclesiae Collegiate tuta conscientia consensum praebere possint Capituli sui suppressioni, cum Episcopus spondeat se decretum, & curatum, ut Officium divinum in dicte Ecclesia perpetuo temporibus celebraretur, & fundationibus satisfactis, pique Fundatorum voluntatis, sicut in hac usque diem factum est. Hinc articulum videri contrarium a Tridentini Concilii Decreto Sess. 23. De Reformatione, c. 18.

Quis tertio, Utrum Episcopus iure possit impedire dictos Canonicos, ne Praebendas suas resignent, ut eas unire possit Seminario suo, etrumque redditus illi incorporate post eorum obitum, ad ejus dotationem, & sustentationem juniorum Clericorum, Praeceptorum, & Moderatorum.

Quis quarto, Utrum Episcopus Seminario suo unire possit, sine Titularium consensu, Capellas, quas dictum Capitulum pleno jure possidet, quae dudum Capitali mente unire fuerint in causa vacationis.

Quis quinto, Si Canonici praedictae suppressioni consentire debent, & resignandi facultate priventur, utrum pinguiore postulare possint, ratione sumptuum, quos non sine incommodo fecerunt ab annis amplius quindecim, ad Ecclesiam adjuvum canonica restauracionem, ampliationem, & decorem, tum etiam ratione dictarum Capellarum, quarum vacatio in dies contingere potest, & ex quarum redditibus mensis Capitalium ipsorum augetur. Quibus commodis fit fruat Seminarium, & aequitas esse videtur, ut Canonici compententur.

Quis sexto, Utrum similes Capitalium aliquorum in aliis Diocesis suppressiones in eundem finem, five de consensu Canoniorum, five illis repugnantibus, & invitatis, legis instat, & regule esse possint: cum non sit videndum exemplis, sed legibus. Utrum his exemplis cogi possint Canonici ad cedendum Ecclesiae suae. Utrum tandem intervenienti Senatusconsulto tuta conscientia parere possint.

His Quaestionibus, quas ipse pro tua eruditione facile solvere potes, ut respondeam, tria suppono principia secundum Jus Canonicum, & Ecclesiae Disciplinam inconcussa.

Primum, Episcopus supprimere, & unire posse beneficia juri patronatus non obnoxia, in sua Diocesi, sicut Summo Pontifici Episcopus in tota Ecclesia unire potest, ut constat ex cap. Sicut vult. Extra, De excessibus Praetorum, ex Clementina 1. De statu Monachorum. S. Ad haec, & Concilio Tridentino Sess. 21. De Reformatione, c. 5.

Secundum, Suppressiones, & uniones huiusmodi Beneficiorum ab Episcopo fieri canonice non posse, nisi habita ratione necessitatis, vel utilitatis Ecclesiae. Si evidens necessitas, vel utilitas exigat (ut habet cap. Expulsi, Extra, De Praebendis.)

Tertium, Institutionem, dotationem, conservationem Seminarii opus esse necessarium, & maxime utile Ecclesiae, ut experientia docet, ac ratio, quae nunc Concilium Tridentinum Sessioe 23. De Reformatione cap. 18. Cum adulescentium aetate, &c.

His positis, Ad primam Quaestionem respondeo, Episcopus supprimere posse Capitulum, de quo agitur, ad institutionem, & fundationem Seminarii sui: si liquidum nullum in urbe Episcopali cretum est, sed provisorie solum

ab Illustrissimis Episcopis ejus decessoribus concessam, ut Seminarium exercitia interim fierent in Communitate Sacerdotum, Regis quidem literis approbata, non tamen in Seminarium instituta, & confirmata. Verum Religiosissimus Episcopus hanc suppressionem, & unionem exequi debet sine cultus divini, & illa beneficia obnoxia praedicti; ut statuit sacra Synodus Tridentina.

Ad secundam Quaestionem respondeo, dicte Ecclesiae Collegiate Canonicos non modo posse tuta conscientia suppressioni, & unioni praedictis consensum praebere, sed ex officio teneri, cum Episcopo suo canonice obedientiam debeant, & cum veneratione, & summissione animi Sacrae illius, ac mandata suscipere, auctoritatem suam secundum regulas, & pro bono Ecclesiae exercetis. Quod sane praestat institutus Seminarium, adhibensque media, quae sancta Synodus Tridentina, & Regis Constitutio, nes Episcopis proponunt ad tam sancti, & Ecclesiae tam necessari operis executionem. Concilii Tridentini decreto plane congruit, tantum abest, ut repugnet hic articulus. Triplex fundorum genus ab Episcopo destinari, & applicari posse ad institutionem, dotationem, & sustentationem Seminarii, sanxerat Concilii Patres. Primum, ea, quae in aliquibus Ecclesiis, & locis ad instituendas, & ab aliis pueris sunt destinata. Secundum, est delibatum, vel subtrahit partis alicujus, vel portio eius redditibus integris mensa Episcopalis, & Capitali, & quae unquam dignitatum, Personarum, Officiorum, Praebendarum, Fortiorum, Abbatiarum, & Praetorum, casusque quocumque, aut qualitates, vel conditionis fuerit. . . . Beneficiorum quorumcumque, &c. etiam ex quibuscumque aliis Ecclesiasticis redditibus, seu praebendis, &c. Tertium, cum paucis sine Ecclesiae, in quibus aliqui redditus ad puerorum instructionem, & educationem habeantur, ut illi sine admotum tenentur: cum delibato, & subtrahit portio fructuum ex mensa Episcopali, & Capitali, & impositio pensionum omnibus dignitatibus, Officiis, Personarum, Praebendis, Abbatibus, Praetoribus, & quibuscumque Beneficiis, & bonis Ecclesiasticis. Communitatisque etiam Clericorum, vel Regularium &c. multis incommoda, difficultates, contradictionibus plerumque insuperabilibus obnoxia sit: Tridentini Patres fundam certiores, ac solidiores Seminariorum fundationem, ac dotationem designant, scilicet Beneficiorum simplicium unionem. Nec non Beneficia aliquae simplicia, cujusmodi qualitates, & dignitates fuerint, etiam ante vacationem, & sine cultus divini, & illa obnoxia praedicti, hinc Collegio applicabuntur, & incorporabuntur. Quod locum habeat, etiam si beneficia sint reservata, vel affecta.

Constitutio Regia Blesensis Art. 24. Episcopus praecipit, ut Seminarium in suis Diocesis instituat, eorumque fundationem, ac dotationem provident unius Beneficiorum, ac assignatione pensionum, prout ipse expedire videbitur. Episcoporum arbitrio Rex permittit, ex illis duobus mediis, ac fundis illam ad Seminarium fundationem, ac dotationem eligere, quem conventioneiorem judicaverit, nec ad beneficium dumtaxat simplicia illorum potestatem coarctata esse voluit.

Ad tertiam quaestionem respondeo, Episcopum iure impedire posse supradictos Canonicos, ne Praebendas suas resignent, eas uniendo Seminario suo, Etiam ante vacationem (ut declarat Synodus Tridentina) Nec per resignationem isorum Beneficiorum uniones suspendi, vel ullo modo impediri possit, sed omnino quacumque vacatione, etiam si in Curia, assensum suum sortiantur, & quacumque Constitutione non obstant.

Ad quartam Quaestionem respondeo, Episcopum Capellas antehac mensae Capitali canonice unitas, Seminario suo incorporare posse sine consensu Titularium. Quibusvis (inquit Concilium Tridentinum) quoad omnia, & singularia praedicta, privilegia, exemptionibus, etiam si specialiter derogationem requirerent, consuetudine etiam immemorabili, quavis appellatione, & allegatione, quae executionem impediunt, non obstantibus.

Ad quintam Quaestionem respondeo, Canonicos supradictos non posse sine tempore licet cupiditate, & iniuria postulare pinguiore pensiones ratione sumptuum factorum ad restitutionem, ampliationem, decorem, & oratum Ecclesiae, & adjuvum canonicaum, & ratione vacationem mensae ipsorum Capitalium unitarum, & ratione vacationem in dies sperantur. Ecclesiae namque, & adjuvum canonicaum restauracionem onus illis ex officio incumbat. Ex Praebendarum suarum redditibus habeantur, quod eorum honeste sustentationis iuris esset; nihil praeterea ipsi debet Ecclesia. Nullum jus habebunt in Capellis supra dictis, cum unitae fuerint Seminario. Episcopus illas uniendo iure suo utetur. Nullo titulo pinguiore pensiones exigere, quae postulare possunt, ne compensationis quidem, cum illis non subtrahentur, nec eorum redditus mensae Capitali accedere debeant ante vacationem. Totum igitur committat Episcopo sui dispositioni, & aequitati.

Ad sextam Quaestionem respondeo, Similes Capitalium suppressiones in aliis Diocesis ab eundem finem factas, novae Legis vim non habere, sed firmare legem Tridentini Concilii.



Concili, cujus in executionem decreta sunt, & facte Canonice supradictae cogi possent, at Tridentina Synodi Decreto, Constitutionibus Regiis, Episcopi sui litteris, Mandato, Sententia hac in causa parent Ecclesiae sua Collegii cedant, si ad Seminarium erectionem, & dotationem Capitulum illius canonice suppressum ab Episcopo fuerit. Regi Consistorii Decreta, aut Senatusconsultum in similibus causis gravissima sunt praedicta adversus Canonicos. Expectare non debent Regiorum Magistratum sententiam, ut parent Episcopi decreto, ac mandatis, cui parent tenentur ex officio; sed interveniente Senatusconsulto non solum parere teneantur, sed compelluntur. Ita censeo de Quaeitionibus a te propositis. Vale, meque ad Altare Domini memineris.

Alias 26. quae autem 47. erat, nunc 61.

Lutetia Parisiorum.

EPISTOLA XLVII.

Episcopus Beneficia simplicia Capitalari Mensa unire non potest.

CLARISSIMO VIRO \*\*\*

Ubes, ut sententiam dicam de Quaeitione, quam amantissimi litteris proponis; Utrum Episcopus ex Concilii Tridentini Decreto Sess. 24. De Reformatione, cap. 15. non solum Praebendis Canoniarum, sed ipsi etiam Capitulo, seu Capitalari Mensa Beneficia simplicia unire possit, ubi frequentes, & adeo tenues sunt Praebendae, ut sustinendo decenti Canoniarum gradui non sufficiant.

Unire non posse censeo, jure communi repugnante, cui sacra Synodus Tridentina hac in specie non derogavit. Ita sanctum est Clementina. Si una, Tit. De rebus Ecclesiae non alienandis, cujus haec sunt verba: Quod si Episcopus (sui etiam Capituli auctoritate consensu) mensa sua, vel ipsi Capituli ad quam dixerit Ecclesiam unendam, haec irritum esse decernimus. Neque vero hinc Clementina derogat Concilium Tridentinum, quod permittit quidem Episcopis, ut accedente Capituli sui consensu Beneficia simplicia, non tamen regularia, Praebendis uniant, ubi frequentes, adeoque tenues sunt, ut simul cum distributionibus quotidianis, sustinendo decenti Canoniarum gradui pro loci, & personarum qualitate non sufficiant; sed facultatem non tribuit uniendo Capitulari. Cur non concesserit, haec ratio fuisse videtur, quod ad unionem necessarius sit Capituli consensus ex Clementina laudata: Capitulum autem sacro potest praestare non possit auctoritatem, ut ait Glossa ejusdem Clementinae; summoque consensu docent omnes Canonici Juris Interpretes. Capitulum quidem potest auctoritate praestare unioni Beneficiorum, quae fit omnibus, & singulari Praebendis, quia tunc praecipue agit de utilitate singularium, & secundario de utilitate, & commodis Capituli: non autem unioni, quae fit Mensae Capitalari, quia tunc praesertim agit de utilitate Capituli, & secundario de utilitate singularium. Jure autem permittitur est ei, cujus non interest principaliter, & primario, sed secundario tantum in aliquo negotio, auctoritatem suam interponere, ut constat ex L. Quamquam Regula, D. De auctoritate, & consensu tutorum.

Alias 37. quae autem 48. erat, nunc 62.

Lutetia Parisiorum.

EPISTOLA XLVIII.

Si de Jure Patronatus finita non sit post quatuor menses in Patronatu Laico, vel post sex menses in Ecclesiastico, jus instituenti Parochum, absque presentatione seu nominatione Patroni, ad Episcopum, pro hac vice, devolvitur.

CLARISSIMO VIRO \*\*\*

Consultus egissent D. Marchio N. & D. Praefes N. de Jure Patronatus Parochialis Ecclesiae N. litigantes, si Illustrissimi Episcopi N. iudicio, vel arbitrio causam suam permittissent. Controversiam fidele diremisset pro sua singulari Jure Ecclesiastico peritis. Proferri iussisset fundamentis, vel donationis authentica documenta, & alia jure requisita, sive etiam multiplicium Praesentationum per anti-

quissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, fidem scientia instrumenta. Expendisset, in praesentationibus, quibus sibi Patronatum vindicant Dominus Praefes, & D. Marchio, interruptae sunt, vel continuatae non minori saltem, quam aetate quinquaginta fuerint, an omnes effectum sortitae sint, idque scripturis authenticis probetur. Has enim regulas iudicandi de Jure Patronatus praescribit sacra Synodus Tridentina Sess. 25. De Reformatione, cap. 9. Expendisset omnia caussa incipit momentum, & aequissimum sententiam tulisset. Verum cum partes ad Sententiam causam Jure Patronatus devenerit, & lite a quatuor mensibus contestata nondum finita sit, nec ulli contententium adjudicata possessio, juris est Illustrissimi Episcopi N. Parochum instituire, secundum cap. Quoniam, Extr. De Jure Patronatus, cujus haec sunt verba: Si forte in plures partes Partium Partium se vota dividerint, ille praesentatur Ecclesiae, qui majoribus juratur meritis, & honorum eligatur, & approbatur assensu. Si autem hoc sine scandalo esse non poterit, ordinat Antistes Ecclesiam, sicut melius eam secundum Divum videtur ordinandum. Et id ipsum etiam faciat, si de Jure Patronatus quodvis emerit inter aliquos, & cui competat, intra quatuor menses non fuerit definitum. Idem confirmat cap. Cum propter, sub eodem Titulo. Gallicana Jurisprudencia quatuor mensium intervallum Patronis Laici ad nominandum tribuit: Jurisprudencia singularis Normannica sex menses. Si vero Jus Patronatus sit Ecclesiasticum, nullibi devolvitur nominatio ad Episcopum nisi post sex menses, ut statuitur et cap. Eam, Extr. De Jure Patronatus. Verum in dubio jus illud praesentatur laicum: omnia enim Beneficia vulgo censentur a Laicis fundata, sicut Guillelmus Benedicte ad cap. Raynarius. Extr. De Testamentis. Jus autem providendi Ecclesiae devolvitur ad Episcopum intra tempus a Canone statutum, cum quodvis de Jure Patronatus inter litigantes Patronos non est finis, sive quodvis sit de quasi possessione praesentandi, sive de proprietate, nec aliquis sit in possessione, ut constat Innocentio IV. & alii Canonici Juris interpretes. Nam si unus contententium in possessione sit praesentandi bona fide, ab illo praesentatum Clericum Episcopus in Beneficio canonice instituire interim debet, si dignum & capacem iudicet, cum ex hoc nullum imperpetuum praedictum generetur ei, qui Jus Patronatus debet habere. Et si non solum possideat, sed etiam edere debet esse Patronus illius Ecclesiae, qui praesentavit, Clericus cui ad eum praesentationem Beneficium illud ab Episcopo collatum est, si postea Jus Patronatus in iudicio alius evicerit, non debet propter hoc ab illius Beneficii possessione removeri, ut constat ex cap. Consultationibus, Extr. De Jure Patronatus.

Episcopalis itaque juris est personae idoneae Parochialem Ecclesiam N. conferre pro hac vice: Ita quod illi ex hoc non debeat imponeri praedictum generari, qui Jus vocatur Patronatus; ut habet, cap. Cum propter, Extra, sub eodem Titulo. Vale, meque tui observantissimum semper habebis.

Lutetia Parisiorum.

EPISTOLA XLIX.

Qua ratione Praebendarum aliquarum suppressio ob altarium tenuitatem, in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis Episcopo permittitur.

CLARISSIMO VIRO \*\*\*

Optas, ut ad te scribam, qua ratione Praebendarum aliquarum suppressio ob altarium tenuitatem in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis Episcopo permittitur. Morem gero habens; quamvis id a te discernere libentius, quod docere posses pro summa tua Jure Ecclesiastico peritis.

Concilium Tridentinum statueret probe nosse, ut in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis in quibus, ubi frequentes & adeo tenues sunt Praebendae, simul cum distributionibus quotidianis, ut sustinendo decenti Canoniarum gradui non sufficiant, licet Episcopi cum consensu Capituli, vel aliquo simplicia Beneficia, non tamen regularia, unire possent; vel si haec ratione providendi non possent, aliquibus ex his suppressis cum Patronorum consensu, si de Jure Patronatus Laicorum sint, quarum fructus, & proventus reliquarum Praebendarum distributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciores numerum reducere; ita tamen, ut tot superent, quae Divino Cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiae commode respondeant. Haec sunt verba Concilii Sess. 24. De Reformatione, cap. 15. Verum supprimi in eum finem dignitas ab Episcopo non potest, ut respondit sacra Congregatio Concilii Capitulo Eminentissimi Reverentissimi Fagnano, in cap. Cum accessissent, Extr. De Constitutionibus. Addit idem Canonista in cap. Cum M. Ferrariensis, sub eodem titulo, suppressionem Praebendarum, eo, quo nunc utitur, jure, fieri non posse nisi in Subsidium, nempe cum deficit remedium unionis Beneficiorum.

Alias 38. quae autem 49. erat, nunc 63.

simplicium. Nam alternativa, vel, non est electionis, inquit, sed ordinis, ut patet ex illis verbis, si haec ratione providendi non possit. Sic respondit sacra Congregatio Concilii. Sex ergo conditiones concurrere debent, ut fieri possit Praebendarum suppressio. Prima, ut Ecclesiae sint insignes. Altera ut Praebendae sint frequentes, & tot superent, quot sufficiant ad divinum cultum peragendum, & conservandum Ecclesiae dignitatem. Tertia, ut Praebendae simul cum distributionibus sint adeo tenues, ut non sufficiant ad decentem Canoniarum sustentationem. Quarta, ut suppressio non fiat a Capitulo, sed ab Episcopo de Capituli consensu. Quinta, ut fiat in subsidium, id est, deficiente remedio unionis Beneficiorum simplicium, & residentiam non postulantium. Sexta, ut suppressio fiat cum Patronorum consensu, si de Jure Patronatus laicorum sint.

Alias vero ponderatis illis verbis Concilii, Licet Episcopi, sacra Congregatio ejusdem Interpres censuit Praebendarum tenuitatem, Cathedralis, vel Collegiatae insignis, Episcopum providere posse, sed non teneri; nec Metropolitanum in hoc posse supplere. Refert Fagnanus in cap. Ex parte, Extr. De Constitutionibus, qua Decretali declaratur non licere Canonice Praebendas supprimere, quando Ecclesiae redditus non sunt imminuti: quis Dei cultus minuendus non est, immo potius augendus: sed nec in hypothese imminutionis reddituum id postulat Canonici; sed solum Episcopus cum eorum consensu. Videtur, Vite Clarissime, nihil novi ad te scribi de hoc argumento: nec scribi posse aliquid novum, quod non plene, ac perfecte fecerit: sed observantiam in te meae, ac obsequii sui praestare, quod optasti, Vale.

Alias 39. quae autem 50. erat, nunc 64.

Lutetia Parisiorum.

EPISTOLA L.

Resignatio Beneficii a Novitio facta sex ante Religiosam Professionem mensibus nullius est roboris.

CLARISSIMO VIRO \*\*\*

Urgentibus licet studii distensus, litteris tuis singulari humanitate conditis, ac propositae Quaeitioni respondere non moror. Julianus Ecclesiae N. Canonice, cum Ordinem Religiosam ingressus esset, Beneficium suum Jacobo sex ante Professionem mensibus resignavit. Vota solemniter rursus cum omisit, Jacobus Beneficii possessionem adire voluit. Episcopus, ad quem Canonice collatio pervenerat, viso resignationis instrumento, Beneficium Petro contulit. Jacobus interea litis se implicare nolens, meam (ut scribis) rogat sententiam, num ad Canonice illud jus habeat vi resignationis a Juliano Religiosi Ordinis Novitio factae.

Censeo resignationem illam nullius esse roboris, utpote factam contra formam a Concilio Tridentino praescriptam Sess. 25. De Regularibus, cap. 16. cujus haec sunt verba: Nulla quoque renuntiatio, aut obligatio ante facta, etiam cum juramento, vel in fauorem cuiuscumque causae pia valeat, nisi cum licentia Episcopi, vel ejus Vicarii fiat, intra duos menses proximos ante professionem; ac non alius intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione: aliter vero facta, etiam cum huius favoris expressa renuntiatio, etiam jurata, sit irrita, & nullius effectus. Hoc porro decreto resignationem Beneficii etiam comprehendit declaravit sacra Congregatio Concilii, ut refert Fagn. in cap. Stravimus, Extr. De Regularibus.

Hoc Tridentini Concilii decreto cap. Beneficium, Tit. De Regularibus in Sexto, emendatum est, quo Bonif. VIII. decreverat, Beneficium illius, qui Religionem ingreditur, non esse infra probationis annum alicui conferendum, nisi ad id ipsius auctoritate consensus, &c. Nullum ergo jus habet Jacobus ad Canonice, qui tunc demum vacavit, cum Julianus expressam Professionem emisit: adeoque Petro legitime, canonice, valide ab Episcopo collatum est. Illi ergo cedat Jacobus, ob animi moderationem, qua lites, Beneficiorum praesertim aucupandorum gratia, suscipere detestatur, plurimum laudandus. Vale, mei tuis in Sacrificiis memor.

Alias 40. quae autem 51. erat, nunc 65.

Lutetia Parisiorum.

EPISTOLA LI.

Dignitas Ecclesiae Cathedralis, vel Collegiatae, quae nullis fructibus habet, & cui nulla cura incumbit, Residentiam nihilominus postulat.

CLARISSIMO VIRO \*\*\*

Cum dignitates, canonicatus, & Praebendae Cathedralium, & Collegiarum Ecclesiarum, mansionem, sive personalem residentiam Clericorum, qui hujusmodi possident Beneficia, secundum Canones exigunt, in dubium revocari scribis a quibusdam, num dignitas Ecclesiae N. Nat. Alex. Theol. Tom. I.

illos fructus habens, & cui nulla cura incumbit, residentia legi obnoxia sit, rogaturque ut scribam ad te, quid ea de re sentiam.

Tuum de hoc Moralis capite sententiam audire, & se qui mallem, quam meam dicere, nisi tibi pariter, ac mihi visum iri minime dubitarem plane adherendum esse Responso sacrae Congregationis Concilii. Consuetudine Theaurarii Ecclesiae, quae dignitas nec fructus aliquos habebat, nec annexam animarum curam, licet post Pontificalem in illa Ecclesia major ellet, dubitabat, an mansionis seu residentiae lege teneretur, stante consuetudine non residentium, cum Ecclesia, vel dignitas nullis redditibus habet; quam consuetudinem legitimum censet Abbas in cap. Extrinsecas, Extr. De Praebendis, §. Qui vero. Dubio ad sacram Congregationem Concilii relato, Eminentissimi Patres, ac Domini responderunt: Theaurarium, licet nullis fructibus haberet, teneri ex Concilio ad residentiam; quae consuetudo non residentium, cum nulli sunt fructus, alius iure communi probata, subacta est a Concilio Tridentino in Canoniciatibus, & Parochialibus Beneficiis. Similiter cum Cardinalis N. Episcopus Auximianus quaesivisset, an duae dignitates suae Cathedralis, videlicet Archidiaconus, & Archiepiscopus, qui nullos redditus habent, sed solum illatum in Choro, ad residentiam teneantur: Sacra Congregatio Concilii die 18. Januarii anno 1614. respondit: Dignitates illas, etiam redditibus omnino destitutas residentiae lege teneri, juxta formam a sacra Synodo Tridentina praescriptam Sess. 24. cap. 12. Ita refert Fagnanus in cap. Cum omnes, Extr. De Constitutionibus. Vale, meque addidissimum semper habeto.

Lutetia Parisiorum.

EPISTOLA LII.

Clericus Canonice, & Capellam in eadem Ecclesia obtinere, & servare potest sine Sedis Apostolicae dispensatione, si alicuiusmodi ad honestam sustentationem non sufficiat.

CLARISSIMO VIRO \*\*\*

Reddituum Ecclesiasticorum incrementi per novi Beneficii accessionem tibi non gratularer, si capella quam prius possidebas ad honestam tui sustentationem satis fuisset. Verum cum tenentoris esset redditus, gaudeo plurimum quod Canonice in eadem Ecclesia donatus sis. Quoribus utrumque Sedis Apostolicae dispensatione Beneficium utrumque retinere possis. Non te lateo duplitem generis Beneficium in eadem Ecclesia a Jure Canonice peritis vultu distingui, quaedam sunt conformia, sive ejusdem generis, ut duo Canonice, vel duo Praebendae; quaedam disformia, ut dignitas cum Canonice, vel Praebenda, vel Canonice, & capella. Circa Beneficiorum conformium possessionem sola Sedes Apostolica dispensare potest: circa disformium disformium dispensare potest Episcopus, ut censet Joannes Andreas, & tota Jure Canonice peritorum schola, sicut cap. 1. De consuetudine, in Sexto, cujus haec sunt verba: Statuentes ut cum unum officium vice alterius valeat aliquis adimplere, nulli liceat de cetero hujusmodi personarum, vel dignitatum, aut Praepositorum, sive administrationum, vel officiorum perpetuum, quocumque nomine censentur, cum Praebenda in simul absque dispensatione dictae Sedis in eadem Ecclesia obtinere, vel una absentia tenere. Quod si a quoquam secus praesumptum fuerit, irritum sit omnino. Canonice autem, & capellam disformia Beneficia esse seu diversi generis, evidens est. Utrumque igitur possidere licet, ac retinere cum dispensatione Episcopi: sed necessaria est expressa dispensatio, nisi Ecclesiae, in qua mereris, statutum, vel consuetudo possessioni diversi generis Beneficiorum sub eodem recto auctoritate praestet. Quae autem ab Episcopo concedi potest hac in specie dispensatio, ex magna, & evidenti Ecclesiae utilitate, aut urgente necessitate, aut certe ob insignia personae merita concedi debet. Haec addunt exceptionem eruditi Canonici Juris Interpretes, ut Episcopus dispensare non possit circa diversi generis sub eodem recto Beneficiorum possessionem, si ex privilegio, statuto, vel consuetudine personalem utrumque residentiam exigat. Ita censent Fredericus de Senis Consilio 250. & 206. & Prosper Fagnanus in cap. Litteras, Extr. De Consecratione Praebendae. Cum igitur Capella, & Canonice in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata Beneficia sint residentiam exigentia, secundum hanc sententiam tutius aget, si Provisionis litteras ab Apostolica Sede obtinens.

Sic in pari causa censuit sacra Congregatio Concilii Interpreteres. Cum enim Episcopus Maurianensis contulisset Canonice, & Capellam in Ecclesia sua vacante Amadeo Clerico, & quatuor esset, an tua conscientia posset ille Capellam cum Canonice retinere absque dispensatione Summi Pontificis: sacra Congregatio declaravit, Amadeum absque Provisione Sedis Apostolicae hac duo, disformia licet, sub eodem recto Beneficia obtinere non posse, nisi id

Alias 41. quae autem 52. erat, nunc 66.

Hhh



EPISTOLA LIV.

Pensio Ecclesiastica solutionibus antea redimi non potest sine licentia, & auctoritate Romani Pontificis.

Alis 88. que autem 89. est, nunc 100.

CLARISSIMO VIRO \*\*\*

Statutum, vel Ecclesia Maurianensis consuetudo permittant, vel cum eo expresse dispensaverit Episcopus; cum utrumque conferendo non intelligatur tacite dispensasse, ut colligitur ex Cap. Fraternalitas, extr. De schismaticis, & ex Glossa ejusdem capituli. Cumque generatim dubitatum fuisset, an pro tutiore conscientia obtinendum duo beneficia distoriam sub eodem titulo, personalem residentiam postulantibus, ipsi ab Ordinario collata, debeat nova provisio petri a Summo Pontifice, sacra Congregatio respondit, peti debere: quia licet Episcopus ex causa dispensare possit circa possessionem duorum Beneficiorum distoriam sub eodem titulo, tamen periculum est, causas non subire ea, quam Canones requirunt: ideo tutius est adire Sanctissimum. Reverti Fagnanus in cap. Litteras, Extr. De concessione Præbendæ. Fac ut valeas, meique in sancto Sacrificio memineris.

Lutetia Parisiorum.

EPISTOLA LIII.

Quando obtinens Capellam sacerdos esse teneatur, Divinumque celebrationem per seipsum satisfacere.

HONORANDO VIRO \*\*\* INSIGNIS ECCLESIAE \*\*\* CAPELLANO.

Rogasti per litteras nudius tertius ad medatas, ut explicarem, quando Clericus obtinens Capellam Sacerdos esse teneatur, ac divinum celebrationem per se ipsum satisfacere. Propositi Quæstioni breviter respondeo. Aut Capellæ annexus est Ordo Presbyteratus, quia videlicet in illius fundationis tabulis cautum, & expressum est, ut Capellanus sit Sacerdos, aut non est annexus. Si sit annexus, & Capella sit in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia constituta, Clericus illam obtinens teneatur esse Sacerdos, & Missas, ac divina Officia in fundationis tabulis injuncta per se ipsum celebrare, & onera adimplere per se ipsum. Et in statutis Conc. Trid. sess. 24. De Reform. c. 5. Si vero Capella non habet Ordinem Presbyteratus annexum, & fundationis tabulis cautum sit dumtaxat, ut Capellanus Missas celebrare debeat, & divinis inservire, seu interesse, aut divina Officia celebrare; in ea specie non teneatur ad suscipiendum Presbyteratus Ordinem, nec ad Missas celebrandas per se ipsum: sed tamen divina Officia per se ipsum celebrare, seu illis personaliter interesse tenebitur, non per substitutum, si Cathedralis, aut Collegiata sit Ecclesia, non alias, ut ex Concilio Tridentino Decretis mox laudatis, & declarationibus sacre Congregationis ejusdem Interpres comperitur est, a Fagnano relatis in cap. Ut Abbatibus, Extr. De stato, & qualitatibus Ordinandorum. His porro verbis conceptum est Trident. Concil. Decretum, cap. 4. sess. 22. Quicumque in Cathedrali, vel Collegiata, Seculari, vel Regulari Ecclesia divinis mancipatus Officiis in Subdiaconatus Ordine saltem constitutus non sit, vocem in hujusmodi Ecclesiis in Capitulo non habeat. .... Si vero qui dignitates, Personatus, Officia, Præbendas, Portiones, aut quilibet alia Beneficia in dictis Ecclesiis obtinent, aut imperpetuum obtinent, quibus onera varia sunt annexa, videlicet ut alii Missas, alii Evangelium, alii Epistolam dicant, seu cantent, quocumque privilegio, exemptione, prerogativa, generis nobilitate sint insigniti, teneantur, iusto impedimento cessante, infra annum Ordines suscipere requisitus: aliquo penam incurranz juxta Constitutionem Concilii Vienneensis, qua incipit, Ut ille, quam præfati Decretis innovas; eoque Episcopi eos divinis hujusmodi Ordinibus per se ipsos exercere.

Et Cap. 12. Sessionis 24. de Reformatione. Omnes vere divina Officia per se, & non per substitutos compellantur obire, & Episcopo celebranti, aut alio Pontificali exercenti assistere, & inservire, atque in choro ad psallendum instructio hymnis, & canticis Dei nomen reverenter, distincte, devotèque laudare.

Et cap. 5. Sessionis 25. De Reformatione: Quandocumque igitur ex Beneficiorum quorumcumque erectione, seu fundatione, aut aliis Constitutionibus qualitates aliquæ requiruntur, seu certa illi onera sunt injuncta; in Beneficiorum collatione, aut in quocumque alia dispositione eis non derogetur. Idem in Præbendis Theologalibus, Magistratibus, Doctoratibus, aut Presbyteratibus, Diaconatibus, ac Subdiaconatibus, quandocumque ita constituta fuerint, observetur, ut eorum qualitates, vel Ordines nihil in ulla provisione derogetur, & aliter facta provisio subreptitia censetur. Vale, mei tuis in orationibus memora.

Lutetia Parisiorum.

Alis 86. que autem 87. est, nunc 98.

Nota Notarii publici subscriptione, ne fraudi sit locus. Præterea jubet Articulus 54. Beneficiorum defuncti domesticis, sub pœna corporali, ut illius obitus diem dictis Ecclesiis finire denuntiant. In hac, qui defuncti corpus celaverint, penam capitis decernit: in Clericos vero exclusionem omnimodam a Beneficiis defuncti, gravæque præterea multas assignandas arbitrio Judicis, Articulus 55. Porro & Constitutionibus Principum, quæ Divinæ, aut Ecclesiasticæ Legi non adversantur, parendum esse, non tantum præteritam, sed etiam propter conscientiam, Apostolus docet. Vale.

Lutetia Parisiorum.

EPISTOLA LVI.

Solutio variarum casuum circa Simoniam.

CLARISSIMO VIRO \*\*\* SACERDOTI.

Nonnullis circa Simoniam difficultatibus mihi per litteras propitis, eorumque solutionem rogas, & urges vehementer. Tibi satisficere curam, quamvis materie gravitas intervallum temporis paulo longius forsitan postulat.

DIFFICULTAS I. Petrus rogavit Patronum, ut illum præfaretur ad dignitatem in Ecclesia Collegiata vacantem: & quo facilius eam obtineret, promisit se beneficio simpliciter, scilicet Capellæ, quam in Ecclesia Cathedrali possidebat, renuntiatum in manibus Ordinarii, qui prius Capellam vacantem promiserat Preceptoris filiorum lapidarii Patroni. Petrus ad dignitatem præfatus est, & possessionem adeptus, Capellæ, prout convenit erat, renuntiauit. Quæritur an Simoniam realem commiserit, & dignitatem dimittere teneatur.

DIFFICULTAS II. Joannes beneficium suum in manibus Ordinarii pure, simpliciter, ac libere dimisit, certa tamen spe concepta, quod Patronus Laicus ad illud nepotem dicti renuntians præfaretur. Quæritur, an Simoniacæ confidentiæ reus sit, an in penam incurritur S. Pii V. Constitutione contra confidentarios lata.

DIFFICULTAS III. Martinus de suo Canonatu resignando cogitans, dixit Nicolao se illi resignare velle. Post aliquot menses Martinus in eadem perseverare voluit, ab illo petiit mutuum centum nummorum aureorum. Pecuniam statim numeravit Nicolao, ne chirographum quidem exigens. Martinus accepto mutuo statim illi Canonatum resignavit. Ille vero Provisionis litteris impetratis possessionem iniit, Quæritur, utrum Simoniacæ reus sit, ac Beneficium ejurare teneatur.

DIFFICULTAS IV. Philippus resignavit Jacobo beneficium annui redditus duarum millium librarum, cum onere pensionis annuæ mille librarum: ut vero resignatum cum hujusmodi pensione rata haberetur in Romana Curia convenirent, ut in supplicatione exprimeretur, valorem fructuum beneficii esse trium millium librarum; quod nisi expressum fuisset, Summus Pontifex resignationem cum tali pensione non admittisset. Quæritur utrum resignans, & resignatarius Simoniacæ rei sit, & resignatio nulla sit ipso jure.

DIFFICULTAS V. Andreas Carolo amico suo, ac Procuratori speciale mandatum dedit, ut beneficium quoddam litigiosum, & controversum Laurentio resignaret, ea conditione, ut evicta lite, Laurentius certæ pensionis creationi consentiret, illamque Andreas resignanti solvere teneretur. Consentit, pensionem tamen nondum solvit. Quæritur, quid juris.

DIFFICULTAS VI. Mævius auctoritate, & commendatione sua beneficium Ecclesiasticum impetravit Titio inhabili, & indigno, hac adjecta pactione, ut ipse Titius illud post triennium resignaret eundem ipsius Mævii nepoti. Hæc in specie quid facti opus?

DIFFICULTAS VII. Gymnastarcha quinquaginta nummorum argumentorum sive futurorum munus accepit a quibusdam, ut eorum illo locum inter filii Collegii alumnos, stipendiumque Colatiæ, vulgo Bursum procuraret. Quæritur, utrum ille Gymnastarcha Simoniacæ reus sit, qui in penam incurritur, & utrum restitutioni sit obnoxius?

DIFFICULTAS VIII. Quæritur, utrum Episcopus cuius redditus sunt modici, possit mille aureos a Notario suo quotannis exigere?

Ad primam difficultatem respondeo, Petrum Simoniacæ dignitatem in Ecclesia Collegiata fuisse adeptum, siquidem ipsum inter, & Patronum convenit esse, ut ad dignitatem præfaretur eam conditione, ut cederet ille beneficio simpliciter: omnes porro hujusmodi pactiones Simoniacæ sunt, etiam si nihil mere temporale deatur, ut constat ex Cap. Pactiones, Extr. De pactis: cuius hæc sunt verba. Pactiones factæ a vobis pro quibusdam spiritualibus obtinendis, cum in hujusmodi omni pactione, omni que conventio debeat omnino cessare, nullius sunt omnino momenti. Idem probat Caput. Tria nos, Extr. De Simonia, eoque S. Raymondus, Nat. Alex. Theol. Tom. I.

Sylvester Prioris, & Angeli de Clavaio sententia est. Certe in specie proposita vis spiritualis promissionum est cum onere, ut fieret aliquid quasi pro pretio juris illius, seu causa principali illud habendi. Simoniacæ igitur conventio fuit. Et cum ab utraque parte pacta convenit fuerint, simoniacæ in excommunicationem incurrerunt, & præsentatio Petri ad dignitatem nulla fuit, & invalida, adeoque & institutio eam facta ab Episcopo, fructusque male percepti Petrus itaque dignitatem dimittere teneatur, & fructus male perceptos restituere.

Ad secundam difficultatem respondeo, Joannem Simoniacæ confidentiæ reum non esse: siquidem beneficium suum in manibus Ordinarii pure, ac simpliciter dimisit: nulla pactione expressa, aut virtualis intercessit Joannem inter, & Patronum, aut Ordinarium, ut ad illud beneficium renuntians nepos præfaretur, vel illi conferretur. Sola spes ea de re concepta est, quod nullo jure prohibetur. Unde S. Antoninus part. 2. Tit. 1. cap. 5. §. 2. ait: Si quis renuntians beneficio in intentione, ut deatur nepoti, vel alteri, nulla tamen de hoc facta pactione, vel conventio, nullam incurrit Simoniam; renuntians autem beneficio, ut deatur alteri, est Simoniacus, quia prohibetur, scilicet jure positivo, sed non est hoc prohibitorium simpliciter, sed secundum ipsum modum, cum videlicet hoc ducitur in pactum. (Can. 1. Quæst. 2. Can. Quem pio.) Non incidit igitur Joannes in penam Constitutionis S. Pii V. latis. Neque contrarium colligi potest ex illis verbis, Etiam si sola dimissionis intentione recipit, five ex illis, conscientia tantum unius partis. Id enim unum significat: Ubi explorata intentionis, aut conferentis intentio perspecta, & explorata fuerit, presumendum esse in foro exteriori de pravo suscipientis, vel impetrantis affectu: sed in foro interiori presumptione agendum, & judicandum non est, sed secundum confessionem penitentis. Quæscat igitur Joannes: & tuta conscientia sacris Ministeriis fungatur.

Ad tertiam difficultatem respondeo, nec Martinum, nec Nicolaum, Simoniacæ reos esse, cum Nicolaus non emerit, nec ullo contractu oneroso quæserit a Martino resignationem beneficii, sed Martinus illud sponte resignare voluerit in ejus favorem: nullaque inter ipso intervenit conventio, ut ille mutuum daret, ille beneficium in ejus gratiam renuntiaret. Post obligationem spontaneam, & mere gratuitam beneficii, mutuum ille petiit ad necessitatem suam sollevandam; dedit ille ob amicitiam, & grati animi significationem: nullam hæc pactum apparet dandi rem spirituales, aut spirituales annexam pro temporali. Quod si forte prava intentio in altero fuerit, & Nicolaus mutuum de dicit Martino metuens, ne voluntatem resignandi ipsi beneficium mutaret, alius non daturus, Simoniacæ tantum mens talis reus censeri debet; siquidem prava illa intentio in pactum non est deducta, nec ullo jure exteriori expressa.

Ad quartam difficultatem respondeo, Resignantem, & Resignatarium reos esse Simoniacæ. Nichil enim refert, quid de æquipollentibus fiat, ut sunt Jurisconsulti. At si duo ita conveniant, ut unus renuntiet beneficio duarum millium librarum annui redditus mille libras annuæ pensionis sine Summi Pontificis consensu, uterque Simoniacæ reus esset, ut comperitur est. Qui si porro conveniant, ut valor beneficii duarum millium librarum in supplicatione Summo Pontifici offerenda enuncietur esse trium millium librarum, ad hoc ut pensio mille librarum super ea constitatur, seu rata habeatur, æquipollenter conveniant ac duo supra dicti, cum propositum habeant, ut resignatio fiat, penoque male & invalide imposita sine Summi Pontificis consensu solvatur. Cum igitur ita se habeat conventio Philippo cum Jacobo, uterque perniciosis mendacii, & fraudis Summo Pontifici factæ, sed & Simoniacæ reus est. Præterea, omne pactum expressum, vel tacitum dandi spirituales pro temporali, vel contra Simoniacum est, ut constat ex Can. Quam pio, causa 1. quæst. 2. & cap. Pactiones, Extr. De Pactionibus. At conventio inter Philippum resignantem, & Jacobum resignatarium facta, ut major valor beneficii enuncietur in supplicatione Summo Pontifici peragendis, ut major pensionis constitutio impetraretur quam alia constitueretur, est pactum convenit dandi aliquid spirituale, scilicet beneficium, pro re temporali, scilicet pensione male, & invalide collata, sine consensu nempe Summi Pontificis, qui de rei veritate, seu vero valore beneficii certior factus, pensionem ratam non haberet, neque constitueret. Quomodo provisio non solum nulla est, & subreptitia ob dolum expressum facti, sed & resignatio ipso jure nulla, & invalida ob Simoniam, non solum conventionalem, sed realem, siquidem Simoniacæ conventio ab una saltem parte impleta est, cum Philippus beneficium suum Jacobo resignaverit. Uterque igitur excommunicationem, alisque penas incurrit, & Jacobus beneficium dimittere teneatur, onemque fructus, quos percepit, restituere.

Ad quintam difficultatem respondeo, Andream, & Laurentium Simoniacæ reos esse, quia licet a principio conventionalis dumtaxat fuisset, postea tamen, evicta lite, & consensu prælitto reservationi pensionis, realis evasit. In Hhh 3 cen.



cenfuras proinde incurferunt regnans, resignatarius, & si-  
monice resignations mediator, ut constat ex Pauli II. Con-  
fultatione, quae incipit, Cum deturabile. Laurentius vero  
beneficio renuntiare tenetur, & quos percepit fructus re-  
stituere, ut constat ex Cap. De Regularibus, & c. Ex in-  
fignatione, Ext. De Simonia.

Ad Sextam difficultatem respondetur, collationem Tri-  
ficam nullam, & invalidam esse, tum ob canonicam in-  
capacitatem, & impedimentum, tum ob simoniacam confi-  
dentiam, quae ipsam inter, & Mævium intercessit. In  
Censuras proinde incurferunt, ac penas Pii IV. & S. Pii  
V. Constitutionibus in Confidentarios latis. Titius benefi-  
cio renuntiare tenetur in manibus Collatoris, & fructus ma-  
le paros restituere. Quod nisi praestiterit, Mævius ad re-  
stitutionem tenetur. Qui enim damni dati causa est,  
participatione, mandato, consilio, consensu, sine quibus  
damnum datum non esset, restituere tenetur in supplementum  
principalis auctoris, secundum S. Thomam, & omnes  
Theologos; Mævius plus quam consilium, & consentium,  
scilicet auctoritatem, & meditationem suam interposuit, ut  
beneficium inhabili, & indigno conferretur, & pensionem  
adjectam simoniacam confidentiae peste infectam, causa itaque  
fuit, sine qua Titius fructus indebitos non percepisset; il-  
los igitur restituere tenetur Ecclesiae, vel pauperibus, nisi  
in Ecclesiae ipsius, vel pauperum utilitatem a Titio forte  
impediti, & consumpti fuissent. Sicut enim Magistratus ma-  
lum tutorem nominans restituere tenetur damna per illum  
illata pupillo, si tutor non restituat, vel indigno, vel  
procursu ut conferatur, non solum peccat lethaliter, sed  
etiam tenetur in subsidium ad restitutionem fructuum.

Ad septimam difficultatem respondeo, Gymnasiarum  
illam gravis quidem peccati, & turpis laeri, non tamèn  
simoniae ream esse, cum scholastica illa stipendia, seu ju-  
ra fodalitia in Collegiis, nec spiritalia sint, nec spiritalia  
libus annexa. Navaro quidem alter visum est Consilio  
70. De simonia, sed nulla probatione suam opinionem sulci-  
cit. Admittit, inquit, simoniam, quoniam loca il-  
la sive fodalitia, licet non sint spiritalia, videntur  
tamen esse annexa sicut jus Patronatus Ecclesiasticum.  
Verum de iure patronatus dispositionem Canonici juris ha-  
bent, illud vendi non posse declarant, utpote rei spiri-  
tualis annexum. (Cap. De iure, Extra, De iudicibus.)  
At fodalitia illa & stipendia scholastica spiritalia annexa  
esse suo non declarat, & mere temporalia esse, nullam ad  
aliquem actum spiritualem relationem habentia, evidens  
est. Nullas igitur penas canonicas incurrit Gymnasiarum,  
qui numerum quinquaginta minus ad adolescentis paren-  
tibus accepit, ut eorum filio locum inter alumnos Collegii  
fieri stipendiumque scholasticum procuraret. Nec ullis sub-  
jectis censuris, quavis aliquam simoniae labem hac in spe-  
cie cum Navaro admittentibus, quia sola simonia in Or-  
dine vel beneficio excommunicationem infert, secundum  
Extra. De scholasticis, Tit. De simonia. Acceptum vero mu-  
sus, quia turpiter datum, & turpiter acceptum est, aucto-  
rum, ut pauperibus eroget, vel ipsi scholasticis parentibus  
restituatur, si tenus fortunae homines sint.

Ad octavam difficultatem respondeo, Episcopum non pos-  
se a Notario suo certam pecuniam summam quotannis exige-  
re, sive Notarium locare, aut ad firmam tradere (ut  
vulgo loquuntur). Si enim Viceminister, Oeconomus,  
Cancellarius, vel alia quocumque rerum Ecclesiasticarum  
procuratio vendi non potest absque simoniae labe, ex Con-  
cilio Chalcedonensi Canone secundo, Urbano II. cuius ver-  
ba referuntur Canone Salvator. Causa 1. Qu. 112. Alex-  
andro III. Cap. Consuetae, Extra, De simonia; nonne si-  
mili ratione illicitam est Episcopis jus sigilli Notario pe-  
cuniam committere, quod magis spirituale est, quam reddi-  
tum Ecclesiasticorum, praetorium, vel aliorum administra-  
tio? Si Canones eos tamquam simoniz reos plebunt, qui  
vices suas, jurisdictionem suam, Ecclesiarum visitationem,  
vel quippiam simile sub anno censu committunt (Cap.  
Petere, & Cap. Quoniam, Ext. Ne Praetor vices suas  
sub anno censu committant) poteruntne Episcopi, vi-  
ces suas in literis pro ordinatione, pro Beneficiorum col-  
lacione, vel provisione, pro dispensationibus Episcopali no-  
mine scriptis, sigillo munitis, sub anno censu colloca-  
re? Doct. S. Thomae Secunda, Quæstione cente-  
sesima, Art. 3. ad tertium, quod ille, cui committitur spi-  
ritualis potestas, ex officio obligatur ad usum potestatis si-  
bi commissa in spiritualium dispensatione, & etiam pro su-  
stantiatione suorum stipendia habet ex redditibus Ecclesiae;  
& idem si aliquid accepit pro spiritualibus potestatis non  
intelligitur locare operas suas, quia ex suscepto debet  
officium debere impendere, sed intelligitur vendere ipsum  
spiritualium gratis usum. Cum igitur Episcopus ad testimo-  
nium ferendum de Ordinibus, & beneficiis a se collatis te-  
neatur ex officio suo pastoralis, cum pro officio suo ge-  
rendo reddidit ei ab Ecclesia ministrantur; si quid pro il-  
lo testimonio praeterea sigilli accipiat, spirituale officii  
sui partem vendere videtur. Quomobrem sacra Synodus Tri-  
dentina ita Notariorum Episcoporum stipendia moderatur, ut

Episcopo ex Notarii commodis nullam emolumentum directe,  
vel indirecte provenire possit. Ad vero id observant, qui  
sigillum suum collocant sub anno censu? Verba Concilii  
subsidio fest. 21. De Reformatione, cap. 1. Quoniam ab  
Ecclesiastico Ordine omni avaritia suspicari debet, nihil  
pro collatione quoruncumque Ordinum, etiam Cleri-  
calis Tonsura, nec pro literis dimissorias, aut testimonia-  
libus, nec pro sigillo, nec alia quocumque de causa, e-  
tiam gratis obtinam, Episcopi, & alii Ordinum Collatores,  
aut etiam Ministri, quovis praetextu, accipiant. Notarii  
vero in his tantum locis, in quibus non viget laudabilis  
consuetudo nihil accipiendi, pro singulis literis dimissorias  
aut testimoniales decimam tantum unius auri partem  
accipere possunt, dummodo eis nullum salarium sit confi-  
tutum pro officio exercendo; hoc Episcopo ex Notarii com-  
modis aliquod emolumentum ex eisdem Ordinum collationibus  
directe, vel indirecte provenire possit. Tunc enim gratia o-  
peram suam eos omnino praestare tenentur decernit, contrarias  
taxas, ac statuta, & consuetudines etiam immemorabiles  
quoruncumque locorum, quae potius abusus, & corruptela  
simonicae pravitate foventur nuncupari possunt, punitis  
castigando, & interdicens, qui seculis fuerint, tam dan-  
tes quam accipiant, ultra divinum ultionem, & punitus a  
jure instituti ipso facto incurrant.

Hoc Decretum observandum statuit Concilium Rhemen-  
se sub Cardinali a Gualtero celebratum anno 1583. Episcopus,  
inquit, qui pro conferendis Ordinibus sacris, vel Minis-  
tris, vel etiam Tonsura Clericali aliquid accepit, & quod  
prelo asinari queat, vel qui aliquid postulerit pro li-  
teris dimissorias, eorumque sigillo, notam simoniae, vel a-  
varitiae incurrit. Secretarius tamen illius decimam auri  
partem accipere queat iuxta Concilium Tridentinum.

Concilium Meliolanense. Praefide S. Carolo Borromeo,  
p. P. Tit. de Notariis, & Scribes, ea de re ita statuit: Notarii  
in literis dimissorias, seu testimoniales sacri Concilii  
Tridentini decretum servent in aliis, quae more spirita-  
les sunt, etiam nullum stipendium eis constitutum sit,  
nihil unquam accipiant praeter scriptura mercedem ab Or-  
dinario statuentem. Cancellarius Episcoporum deinceps,  
vendi, locari, vel eorum nomine, vel occasione, quovis  
praetextu censuris persona quinquam solvi prohibemus.

Concilium Bituricense Praefide Francisco Turonio Ar-  
chiepiscopo celebratum anno 1528. cap. 14. decernit, Ut  
omnia imperpetuum non debeat ad firmam, nec etiam jus  
sigilli Dominorum Praetorum.

Concilium Rothomagensis anno 1531. Tit. De Juris-  
dictione Ecclesiastica, S. 8. Non liceat Episcopis sigillum suum  
ad certum praetium locare, sed illud pro vero, non inde-  
bito, tamen Ecclesiastico committant.

Hanc responsum absolvo verbis doctissimi Theologi  
Francisci Hallerii Professoris Sorbonici, in Libro De Sacris  
Electionibus, & Ordinationibus, quem Galliano Clero Lu-  
dovici Parisiorum congregatio dicitur, fest. 7. cap. 1. art. 6.  
S. 3. n. 16. Qui, inquit, tot auctoritatibus, rationibus,  
que convincunt, tam turpiter a cetero quibusdam valde ap-  
probare; si consuetudo opponitur, consuetudinem Tridentinae  
Synodus expleret. Si Tridentinae Synodi decreta accepta ne-  
gantur: pudat ad fovendam avaritiam magna Synodi au-  
thoritatem infringere. Sed si quem pudor ipse non retinet,  
egregit, consuetudinem hoc tantum posse officere, ut honesto  
titulo pecunia in Ordinatione accipi possit, & c. titulo ho-  
norarii cathedrae, vel domi gratiam, ut nemo munera  
ex reverentia subiectione, gratitudine, vel alia honesta de  
causa offerantur. At titulus iste, ut pro sigillo aliquid  
exigatur, honestus esse non potest. Cum enim ex officio li-  
teras testimoniales Episcopus debeat Ordinatio, eo titulo ni-  
hil ab eo accipere possit. Nam, ut recte ait Gregorius,  
Vendentes in Templo sunt, qui hoc quod quibusdam jure  
competit, ad praetium largiuntur. Nec magis fieri potest,  
ut honestum sit pro sigillo pecuniam accipere, quam pro ipsa  
Ordinatione. Simoniacus ergo est, non quidem iudicio, E-  
piscopus quicumque, non obstante quavis consuetudine, si  
hoc titulo, huius praetium pecuniam aliquam ab Ordinatio  
exigerit, aut exigi curaverit. Neque tamen talis certum  
habet promissionibus videtur simoniacus, quem nec Tridentini  
Concilii, nec aliorum Conciliorum Patres simoniacum de-  
clarare voluerunt: praetium quia qui sigilli nomen praes-  
terit, alia fortassis ratione consuetudinem receptam servat.  
Domino itaque praetium, damno exactionem hoc praetium  
lucrum: Sanctissimus Antistes, si qui vetitis istis lucris  
inhiant ad Concilii observationem, quantum postum memo-  
to, & ut ab illa turpi navigatione, tanquam a simo-  
nicae pravitate fugiant, quapropter postum consue-  
dem tamen, si qui suis auctoribus huius exactionem, quan-  
diu ex Ecclesia non damnantur, nec ego damno. Nec lan-  
dari lubet, nec Religionis nostrae Principibus impune lubet  
infracti, ne fovere iniquitatem, vel contemnerent Ecclesiam Dei  
capit, si iniqui fuerint, videtur. Vale, Vir Clarissime,  
meique ad Altare Domini meminitis.

Lutetia Parisiorum.

A. P.

# APPENDIX ALTERA.

## MONUMENTORUM, QUIBUS DOGMATA CATHOLICA, ET DISCIPLINA CONFIRMANTUR.

I.

### INNOCENTII X. CONSTITUTIO

De quinque sanctorum Propositionibus ex Iansenii Yprensis  
Episcopi Libro excerptis.

### INNOCENTIUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, universis Christianis Salutem,  
& Apostolicam Benedictionem.



UM occasione impressionis Libri, cui titulus,  
AUGUSTINUS CORNELII JANSENII  
EPISCOPI YPRENSIS, inter alias opinio-  
nes orta fuerit, praeteritum in Gallia, con-  
roversa super quinque praeteritum ex illis:  
compleures Galliarum Episcopi apud nos in-  
teritum, ac de iniquitate eorum certam, & perspicuam se-  
rentum sententiam. Tenor vero praeteritum Propositionum  
est, prout sequitur.

I. Aliqua Dei precepta hominibus iustis volentibus, &  
conscientibus, secundum praesentem, quas habent, vires,  
sunt impossibilia; deest quoque illis gratia, qua possibilia  
sunt.

II. Interiori gratia in statu naturae lapsae nunquam re-  
sistitur.

III. Ad merendum, & merendum in statu naturae la-  
psae, non requiritur in homine libertas a necessitate, sed  
sufficit libertas a coactione.

IV. Semipelagianis admittentibus praevenerit gratia inte-  
rioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei;  
& in hoc erant Haeretici, quod vellet eam gratiam  
talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel ob-  
temperare.

V. Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus  
omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fuisse.

Nos, quibus inter multiplices curas, quae animam no-  
stram assidue pulsant, illa in primis cordi est, ut Ecclesiae  
Dei nobis ex alto commissa, purgatis praeviarum opinionum  
moribus, tuto militet. Et tamquam navis in tranquillo  
maris, sedatis omnium impetuosis fluctibus, ac procellis,  
secure navigare, & ad optatum scilicet portum pervenire  
possit: pro rei gravitate coram aliquibus S. R. E. Cardi-  
nibus ad illud specialiter sapientibus congressis, a pluribus in  
sacra Theologiae Magister, eisdem quoque Propositiones,  
ut supra, nobis oblatas, fecimus singulorum diligenter exa-  
minari, eorumque suffragia cum voce, tam scripto relata,  
natura consideravimus, eisdemque Magistris, variis coram  
nobis actis Congregationibus, prolixè super eisdem, ac su-  
per eorum quilibet differentes audivimus.

Cum quidem ab initio huiusmodi discussionis ad divi-  
nam implorandum auxilium, multorum Christianissimum preces,  
tam privatam, tam publicè instantibus, postmodum  
iteratis eisdem ferventibus, ac per nos sollicite inplorata  
Sancti Spiritus assistentia, tandem divino Numine favente,  
ad infra scriptam deventum declarationem, & definitionem.

Primum praedictarum Propositionum: Aliqua Dei precepta  
hominibus iustis volentibus, & conscientibus, secundum  
praesentem, quas habent, vires, sunt impossibilia; deest  
quoque illis gratia, qua possibilia sunt: temerariam, im-  
pium, blasphemam, anathematice damnatam, & haereticam  
declaramus, & uti talem damnamus.

Secundam: Interiori gratia in statu naturae lapsae nunquam  
resistitur: haereticam declaramus, & uti talem damna-  
mus.

Tertiam: Ad merendum, & merendum in statu naturae  
lapsae, non requiritur libertas a necessitate, sed sufficit  
libertas a coactione: haereticam declaramus, & uti ta-  
lem damnamus.

Quartam: Semipelagianis admittentibus praevenerit gratia  
interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium  
fidei; & in hoc erant Haeretici, quod vellet eam gratiam  
talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel ob-  
temperare: falsam, & haereticam declaramus, & uti talem  
damnamus.

Quintam: Semipelagianum est dicere, Christum pro om-  
nibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fu-  
disse: falsam, temerariam, scandalosam, & intellectam eo  
sensu, ut Christus pro salute dumtaxat praedictatorum  
mortuus sit, impium, blasphemam, contumeliosam, divine

pietati derogantem, & haereticam declaramus, & uti talem  
damnamus.

Mandamus igitur omnibus Christianis fidelibus utriusque se-  
xus, ne de dictis Propositionibus sentire, docere, praedica-  
re aliter praesumant, quam in hac praesenti nostra decla-  
ratione, & definitione continetur, sub censuris, & pena  
contra Haereticos, & eorum fautores in jure expressis.

Praecipimus pariter omnibus Patriarchis, Archiepiscopis,  
& Episcopis, aliisque locorum Ordinariis, necnon haereti-  
cae pravitate Inquisitoribus, ut contra dictores, & rebelles  
quoscumque per censuras, & penas praedictas, ceteraque  
juris, & facti remedia opportuna, invocato etiam ad hoc  
(si opus fuerit) auxilio brachii saecularis, omnino coactent,  
& compellant.

Non intendentes tamen per hanc declarationem, & de-  
finitionem super praedictis quinque Propositionibus factam,  
approbare ullatenus alias opiniones, quae continentur in  
praedicto Libro Cornelii Jansenii. Datum Romae apud San-  
ctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicae 1653.  
pridie Kal. Junii, Pontificatus nostri anno nono.

HI. Datarius.

G. GUALTERIUS.

R. CIAMPINUS.

I. I.

### CONSTITUTIO ALEXANDRI VII.

Praeterea Maximi, qua Innocentius X. Constitutio quinque  
Iansenii Propositiones damnant, confirmatur.

### ALEXANDER EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei, Universis Christi fidelibus Salutem,  
& Apostolicam Benedictionem.

AD sanctam Petri Sedem, & universalem Ecclesiam re-  
gimen, inextinguibilem divini praesentis dispositione,  
nullis nostris suffraganeis meritis evecti, nihil nobis anti-  
equius ex muneris nostri debito esse diximus, quam ut fan-  
ctae Fidei nostrae, ac sacrorum Dogmatum integritatem tra-  
dicta nobis a Deo potestati opportune confidens: ac li-  
cet ea, quae Apostolicis Constitutionibus abunde fuerint de-  
finita, novae Decisionis, sive Declarationis occasione ne-  
quaquam indigent, quia tamen aliqui publice tranquillita-  
tis perturbatores illa in dubium vocasse, vel subdolis in-  
terpretationibus labefactare non vellent, ne morbus ille  
latus divergeret, proutpam Apollolice Auctoritatis reme-  
dium censuram non esse differendum.

Emanavit siquidem alia a felicis recordationis Innocentio  
Papa X. praedecessore nostro Constitutione, Declaratio, &  
Definitio tenoris, qui sequitur, videlicet.

INNOCENTIUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei,  
Universis Christianis Salutem, & Apostolicam Benedi-  
ctionem. Cum occasione impressionis Libri, cui titulus Au-  
gustinus, Cornelii Jansenii Yprensis Episcopi, &c.

Cum autem, sicut accepimus, nonnulli iniquitatis filii  
praedictas quoque Propositiones, vel in Libro praedicto  
eisdem Cornelii Jansenii non reperiri, sed fide, & pro  
arbitrio compositas esse: vel in sensu ab eodem inserto dan-  
natas non fuisse, aliter magno cum Christianissimum scan-  
dalo non reformidant: Nos, qui omnia, quae hic in re-  
geis sunt, sufficienter, & attentè perpeximus: utpote qui  
eisdem Innocentii praedecessoris iussu, dum adhuc in mi-  
nistris constituti Cardinalis munere fungemur, omnibus  
illis congressibus interfuimus, in quibus Apostolica Auctori-  
tate eadem causa discussa est, ex probo diligenter, qua  
major desiderari non possit, quancumque dubitationem fu-  
per praemissis in posterum auferre voleamus, ut omnes Chri-  
stianissimos in eisdem fidei unitate sequeantur, ex debito  
nostrae Pastoralis officii, ac matra deliberatione, praeteritum  
Innocentii praedecessoris nostri Constitutionem, Decla-  
rationem, & Definitionem hanc serie confirmamus, ap-  
probamus, & innovamus. & quatenus illas Propositiones ex  
Libro praememorato Cornelii Jansenii Episcopi Yprensis,  
cui titulus est, AUGUSTINUS, excerptas, & in sensu  
ab eodem Cornelio Jansenio inserto damnatas fuisse decla-  
ramus, & definitimus, ac uti tales in illis scilicet eadem sin-  
gulis nota, quae in praedicta declaratione, & definitione  
unicuique illarum sigillatim innotuit, iterum damnamus: &  
eandem Librum saepe dicti Cornelii Jansenii, cui titulus,  
AU.